







2
1
5



168).

1. Beckmann, Bartholdus: De alimentatioue personarum
et successione feudum inhabilium.
2. Beinkardt, Johann Jakob: Disputatio in iure iudicium,
exhibens positiones de successione feudum aliorum
et feudum bene unquam Luthi Luthi. Erben.
3. Beyer, Joh. Antonin: De relocatione et recon-
ductione
4. Linck, Henricus: De illustri impium perso-
narum deductione et domum, que vulgo dei
Fürstliche Heimführung vocatur.
- 5^a Linck, Henricus: Ornetalis prior de conceptis
revoctae ordinationis concueratis vulgo in Concept
des neuen Kammer Gerichts: Ordnung.
- 5^b Linck, Henricus: Commentaris de conceptis revoctae
ordinationis concueratis vulgo in Concept des neuen
Kammer-Gerichts-Ordnung.

- 6^{te} Linck, Johannes Martinus: De vasallo vicario
anque in Lehen-Träger. 2 Sump.
- 7 Moekhel, Augustus Fridericus: De assumptione usus -
fructus paterni.
8. Schmidt, Gregorius Andreas: De modo procedendi
circa peregrinos inprimis Ven. deorselben York.
Krieff-Geschichten.
- 9^{te} Lorn, Johannes, von: De notis mercatorum vulgo
Mark oder Zeichen dures Krieffente. 2 Sump.
- 10 Tilman, Paulus Henricus: De genere et specie
Fetorum.
1682.
1. Gumprecht, Johannes Christophorus: De tutore interci-
mistic.
- 2^{te} Heberer, Wolfgangus Wilhelmus: De jure retractus
2 Sump 1682.
- 3^{te} Henrici, Joh. Petrus: De capacitate civitatum
municipalium jurisdictionis ecclesiasticae. 2 Sump.

- 4^a, ^{6. ed.} Lincker, Hurica : De manu propria
5. Lincker, Hurica : De conceptu renovationis ordi-
nationis canonicas vel quod conceptus per hunc
Canonicorum ordinem
6. Lincker, Hurica : Dissertatio juris de dato vel
dato instrumentorum.
7. Lincker, Hurica : De anticategoria.
8. Hutten, David : De jure antichretico.
9. Heudner, Brethman : De sacramenta Levoniana.

Neumann.



514
Fünftes.

73
1681
6a368.

I. N. D. N. 7. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS

De
VASALLO
VICARIO,

vulgò
Dom Sehen-Träger/

quam
PRÆSIDE DEO,
EX DECRETO ET AUTORITATE

MAGNIFICI
DOCTORUM ORDINIS,

In Incluta Noricorum Altdorffina,

PRO LICENTIA

Summos in Utroq; Jure Honores & Pri-
vilegia Doctoralia ritè consequendi,

*Solenni & publicæ eruditorum
censuræ submittit*

JOHANNES MARTINUS Lind/
NORIBERGENSIS.

Ad diem 21. JunI, A.R.S. M D C LXXXI.

ALTDORFFI,
Typis HENRICI MEYERI, Univ. Typogr.



INCLUTÆ ATQVE LIBERÆ
SACRI ROMANI IMPERII
REIPUBLICÆ NORIBERGENSIS
MODERATORIBUS FELICISSIMIS,

VIRIS

*ANTIQUISSIMA NOBILITATE GENERIS,
INSIGNI PRUDENTIA, MULTOQ; RERUM
USU EMINENTISSIMIS,*

DOMINIS

DUUM-VIRIS,
TRIUM-VIRIS,
SEPTEM-VIRIS,

CONSULIBUS

CÆTERISQVE

SENATORIBUS,

PATRIÆ PATRIBUS

BENIGNISSIMIS,

DOMINIS MEIS GRATIOSIS,
HOC STUDIORUM MEORUM SPECIMEN,

in subjectissimæ devotionis argumentum

offero

JOHANNES MARTINUS Linct.



TH. I.

Disputationi publicæ, Inaugurali imprimis, materiam difficilem ex parte & non protritam planè, sed tamen & utilem debere substerni, Eruditorum constans est opinio. Neq; etiam meò quidem judiciò sine ratione. Quale enim Specimen & acquisitæ eruditionis Academicæ documentum exhibebit vulgaris & in compitis inter novos Justinianos plus vice simplici ad ravim usq; excussæ atq; ex compendiolis quibusdam hinc inde illaudabili operâ sublectæ materiæ elaboratio? Sed & hoc simul tamen unà inquirendū, cujus inquisitio ad fructum pervenire valet. Si enim infructuosa est, quid necesse est, ut laboret curiositas, cum profectum curiositatis non sit habitura cognitio, ut alicubi loquitur Episcoporum Magister, & Virdungò nostrò Judice, sui ævi Jeremias hujusq; nostri pictor *γρηγοριανός*, Salvianus, Massiliensis Episcopus. Inutilis enim diligentia, quæ circa inutilia adhibetur. Adeò tamen, sunt verba *Petri Godofredi, ad §. 2. Justinianæ Const. de nov. Cod. sac.* insanit maxima pars hominum, & qui præstantiores habentur, ut minutulis quibusq; rebus, & leviculis & minus utilibus, exactam & multò majorem operam, quam sit necesse, impendere non vereantur, non videntes, id sibi tempus perire & decedere sive lectioni, sive cogitationi, sive cui-cunq; alii meliori operationi, nunquam rediturum. Hæc ibidem laudatus *JGtus Carcasenensis*. Num verò hoc ipsum etiam à me hâc vice sit observatum aliquatenus, virorum bonorum judicium esto. Ego certè imbecillitatis

curtæq; meæ supellectilis probè conscius, tantum mihi non fumo, affirmare tamen ausim, Specimen hoc Studiorum meorum quaecunq; sine difficultate & improbò labore mihi non constitisse, imprimis cùm neminem in eò methodicè præeuntē, quantocunq; studiò & solitudine etiam inquisiverim, ullibi habuerim, sed pleraq; omnia hinc inde beneficiò analogiæ jurisq; principiorum colligere & qualicunq; meò iudiciò postea digerere coactus fuerim. Utilitatem autem hujus materiæ quotidiana experientia & ipsa iudiciorum feudalium praxis abundè probat.

II.

Superfedebo verò hic prolixius inquirere in natales verborum, quibus hujus nostræ Disputationis constat inscriptio: non equidem eâ de causâ, ac si hæc talia Philologemata huc nihil facerent, nec spectarent ad Jctos; hanc enim nonnullorum Accursianorum opiniunculam diu exploserunt Jcti accuratiores, *Accurato seculi nostri Jcto, Ordinis hujus Magnifici p.t. Decano Spectabili, DN. GEORGIO REICHARDO Hammer/ Cod. Jurisq; Feud. in almâ Altdorffinâ Professori primario, nec non Reipublicæ Noribergensis Consiliario, Domino Doctori, Hospiti & Patrono meo piè colendo in Disputatione de Testamentò implicitò th. 9. laudati & præter illos etiam Menag. Jur. Civ. Amœnit. cap. 10. circa fin.; sed quod prioris vocabuli, vafalli scilicet, genuina originatio ita in nocte & incertò lateat, ut etiam de eadem plures fermè sint opiniones, quàm maris guttulæ & vernò tempore sylvarum frondentium folia, certè tot, quot ferè feudorum Dd. tantas verò lites componere mearum virium non sit. Sunt enim, qui à Germanicâ voce, *Gesell/* deducunt, eò quod vafalli Dominum comitari teneantur, & convafalli dicantur pares, quasi gleiche *Gesellen/ Cujac. ad 1. Feud. proœm. Vultejus de Feudis l. 1. c. 4. n. 15. & Eyben Elect. Jur. feud. c. 2. §. ult.* Alii à Germanicò verbo*

bò



bō *fasseln*/ quod idem est ac radices agere, sicut patet ex proverbio: *Unrecht Gut fasset nicht*. Sunt qui derivant à verbo *fesseln*/ligare, compedibus constringere, *Limnæus J. P. l. 6. c. 4. n. 6.* ubi in simul notat, literas inter se vicinas sæpè migrare & alternare, ac *F. & V.* pronunciando confundi, tam in linguâ vernaculâ, quàm latinâ aliisq; quas addiscentes maternò gutture formant. *Turneb. Advers. 21. cap. 15.* & *Andr. Schottus l. Nodor. Ciceron. cap. 3.* deducunt à vase & vasariò, quod clientes Dominorum sint quasi vasa & instrumenta in eorum vasariò, quod *d. l. Cujac.* rejicit. Multi à vocabulò antiquò *vassus*, quod devotum significat, mutuuntur. *Hotman. Diss. feud. c. 3. Calvinus Lex. Jur. in verbo Vassus. D. Struv. Synt. Jur. feud. cap. 5. aph. 12. D. Stryck. Exam. Jur. feud. c. 6. q. 2. Vultej. d. l. Qui tandem subjungit, difficile esse hujusmodi verborum semper reperire originem. conf. Matthias Martinius in Lexic. Philologic. voc. Vasallus. Johann. Coppen. Decad. Observat. Jur. feud. observ. 1. n. 6. 7. & Job. Calvin. Jurisprud. feud. l. 1. proœm. pag. 3.* Alterum verò rubricæ membrum quod spectat, in propatulò est, vicarium à defectivò vice nasci. *Vallens. in paratit. Jur. Canon. pr. Tit. de off. & potest. Vicarii.* Hoc verò deducit *Jul. Cæs. Scalig. de caussis Latin. Lingue cap. 31. Martin. d. l. in vocab. vix. Job. Gerhard. Voss. in Etymol. & Becmann. de Originib. à vi, quod vix fiat, quod cum labore fit, quemadmodum Græcis μέγισ à μό-*

γος.

III.

Haftenus Etymologiam tetigisse sufficiat, nunc ad Homonymiam, quæ nulla, si rectè memini, in vasallò occurrit, benè tamen in vocabulo vicarii. Nam primò hoc nomine designatur is servus, quem alius servus habet in peculiò, qui etiam respectu hujus sui vicarii quasi Dominus reputatur *l. 19. §. 2. ff. de nox. act. §. 17. J. de Leg. conf. §. 4. J. quod cum eò, qui in alien. potest. ibiq; Theoph., ubi hunc*

Besoldo P. 2. conf. 39. n. 16. quasi vasallus, à *Rosenthalio* gestor feudi, *c. 10. concl. 4. in Glossâ lit. b.* à *D. Struvio* procurator, *S. J. F. c. 6. aph. 7.* ab aliis aliter. *Suidas* de hac voce ita: Βικλάς ἢ ὁ τοῦ Ρωμαίου Διδόχου. De voce autem Germanicâ, *Lehntrâger* / videnda, quæ habet *Modestin. Pistor. 4. Illustr. quest. 133. n. 2.* & ibidem in notis *Schultesius n. 32.*

V.

Enodatum verborum corticem sequitur descriptio. Dicitur autem nobis heic vasallus vicarius is, qui nomine alieno investitur, omnia à vasallo principali præstanda præstat, ejusdemque personam fermè in omnibus repræsentat; quæ delineatio si non omnibus arridet, haud miror, cum difficile sit accuratam exstruere definitionem, facile tamen veniam spero me impetraturum, si erravi, quia nullius hac in re mihi licuit inhærere vestigiis.

VI.

Definitionem excipit divisio. Est autem vasallus vicarius alius temporalis, alius perpetuus; alius extraneus, alius de collegio v. g. Abbas de civitate, Syndicus de confortibus, Senior in familiâ; *Franzk. de Laud. c. 8. n. 138.* alius generalis, qui ab aliquo constituitur, ut de omnibus sibi competentibus feudis, alius particularis, ut de paucis vel unico investitur; alius publicus, qui ab universitate, alius privatus, qui à privatis eligitur; alius Ecclesiasticus, qui à personis Ecclesiasticis, alius secularis, qui à secularibus substituitur. Non movet, quod aliàs feudi ecclesiastici & secularis denominatio petatur à causâ materiali, *Vultej. de Feud. lib. 1. c. 8. n. 19. Ludwell. Synops. J. F. cap. 3. D. Struv. S. J. F. c. 3. aph. 4.* à re scilicet in feudum concessâ ecclesiastica vel seculari; nos enim attendimus hoc in casu principalem saltem personam, à quâ vicarius dependet, quamq; in omnibus refert.

VII. Sed

VII.

Sed ordo me nunc ad causarum vocat explanationem, inter quas primum locum occupat efficiens, quæ vel remota vel proxima. Remota vasalli vicarii est jus naturale, quò cuilibet regulariter licet per alium expedire, quod ipse commodè facere nequit. Nec repugnabit heic Jus Gentium, dum alieno nomine mittuntur Legati, qui demandata à principalibus sibi negotia, etiam maximè personalia, exequentur. Jus denique civile hoc non solum permittit, cum morbus, ætas, absentia, & aliæ sexcentæ causæ homines sæpè prohibeant rebus suis superesse, *pr. J. de iis per quos ag. poss. §. 1. de procur.* sed interdum quoque præcipit; cujus rei luculentum testimonium nobis præbent pupilli, minores æque ac universitates, qui mediantibus tutoribus, curatoribus, syndicis, negotia multa expedire tenentur. Imprimis autem hoc ipsum singulariter Germaniæ consuetudine satis firmatur, uti præter communem experientiam locupletissime testantur *Zas. Epit. Feud. c. 7. n. 11. Modest. Pist. 4. Illust. quest. 133. Bernhard. Wurmser. 1. obs. Pract. tit. 51. obs. 35. Hartmann Hartmanni 2. obs. Forens. tit. 54. obs. 14. § 19. Mynsing. 5. obs. 9. n. ult. multique alii.*

VIII.

Proximæ, præter legem pariter & consuetudinem, quibus hæcce substitutio sæpiusculè defertur agnato proximo, vel marito, seniori in familiâ *Besold. cons. 57. n. 127. Speidel. sub voce Lehenträger. Rosenth. c. 10. concl. 5. n. 18.*, accenseo voluntatem substituentis, substituendi & domini. Quemadmodum enim in mandato, & mandantis & mandatarii, *tot. tit. J. de obl. quæ ex consens.* ita etiam heic meritò non solum principalis, sed & vicarii requiritur consensus, cum mandatum suscipere cuilibet liberum, semel tamen susceptum necessariò aut consummandum, aut eadem

dem quàm primum renunciandum fit, §. II. *J. mand.* nam contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis. *l. 5. C. de oblig.* Exprimatur verò hic consensus ab utroque vel positivè, expressis scilicet verbis, vel negativè, si alium principalis præsens suò nomine patiatur investiri, nec dissentiat *arg. l. 6. §. 2. ff. mand.* & vicarius literas quibus hoc munus ipsi injungitur, acceptet nec contradicat. Quantumvis enim sola taciturnitas & patientia actutum consensum & ratihabitionem non inducat, *Paul. Castrens. ad l. interdum. 10. in f. ratam rem haberi. Nicol. Everhard. Jun. vol. I. consil. 57. n. 38. & Matth. de Afflict. Decis. 308. n. 3.* quod si tamen negotium illud in tacentis & patientis præjudicium atque incommodum vergat, vel ultra ipsam taciturnitatem etiam actus quidam positivus, ut h. l. literarum receptio, interveniat, silentium illud, conjunctum alicui actui præjudiciali sine contradictione aut protestatione, utiq; consensum & ratihabitionem inducet, tacentisq; in sui præjudicium pro consentiente habebitur. *Bartol. ad l. admonendi. n. 30. de Jurej. Moller. 4. Semestr. c. 44. n. 2. Berlich. part. I. concl. 36. n. 2. & Carpz. de process. tit. 14. art. 3. n. 8. & seq.* Corroborat hanc sententiam *l. 16. ff. ad Sct. Maced.* ubi Iustus Paulus hunc in modum respondet: *Si filius familias, absente patre, quasi ex mandato ejus, pecuniam acceperit, cavisset, & ad patrem literas emisit, ut eam pecuniam in provinciâ solveret: debet pater, si actum filii sui improbat, continuo testationem interponere contrariæ voluntatis, & præcipuè Clementin. I. de procur.* Licet enim quis invitus non constituatur procurator, & invitus existimetur non tantum ille, qui contradixit, sed etiam, qui expressè non consensisse probatur, *l. 8. §. I. de procur.* si tamen is mandatum procuratorium sciens sine contradictione accepit, onus mandati suscepisse creditur *d. Clement. I. id quod non aliunde, quàm ex illâ mandati missi*

B

acce-

acceptatione, & retentione, junctâ taciturnitate & patientiâ recipientis, provenire inter omnes constat. *Cujac. ad d. l. 16. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 6. th. 1. lit. b. Petr. Peck. ad c. 10. de R. I. Gail. 1. obs. 21. n. 9. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 627. Menoch. 2. A. J. Q. cas. 94. § 113. & imprimis Nicol. de Passer. tract. de privat. script. lib. 3. pr. num. 129. seqq. ac Jacob. Bornitius 3. de Instrument. cap. 16.*

IX.

Præterea diximus, debere ad hujusmodi substitutionem etiam accedere Domini consensum, *Ros. c. 6. concl. 36. n. 4. Glossag. in concl. seq. lit. a. Berlich. decis. 20. n. 3. qui & præjudiciô hoc ibi confirmat. D. Struv. S. J. F. c. 10. aph. 3. n. 2.* Si enim Domino invito per substitutum servitia & fidelitas obtruderetur, vergeret hoc in ejus contumeliam, perindeq; esset, ac si debitam reverentiam exhibere nollent principales, quæ debet fieri in personâ, *Speid. voc. Lehendienst. B. D. Ludwell. de renov. invest. c. 1. Hartm. Pist. l. 2. q. 47. n. 59. Klock. de ærariô l. 2. c. 41. Kobl. de Servitiis P. 1. n. 159. § seqq. Matth. de Affl. vers. si quis decess. si de feudo def. fuer. contr. n. 7. D. Struv. S. J. F. c. 8. aph. 7. num. 5.* Et si pro lubitu servitia per substitutum præstari possent, iniquissimè excluderentur à successione Feudali cœci, muti aliique, cum hi æquè per alium servire valerent, adeoq; contra regulam juris in *l. 16. ff. ex quib. caus. maj. denegaretur impeditis*, quod permitteretur non impeditis.

X.

Quid verò obtinet, si Dominus quidem in substitutionem consentiat, at in personâ eligendâ à vasallô dissentiat? Huic electionem tribuunt *Alvarot. §. omnes. n. 7. si de feud. def. contro. Præpositus ad d. vers. n. 2. inf. pro Domino pugnant Laudensis § Andr. de Ifern. ad d. §. teste Gothofr. Anton. Disp. Feud. 7. th. 3. inf. Alii ut Rosenthal. c. 8. concl. 7. n. 8. Obrecht. de Jur. Feud. l. 3. c. 2. n. 10. distinctionis*

Etionis foedere hanc controversiam componunt. Scilicet dispiciendum hinc, an Dominus servitia jam ab uno heredum exegerit, an non? priori casu, heredibus facultas, ut ita dicam, praeligendi non amplius competit, cum Dominus eos jam tum prævenerit: quemadmodum enim creditori liberum est, quemcumque ex pluribus correis velit convenire, *l. 3. §. 1. ff. de duob. reis*, ita & merito Dominus, tanquam creditor, hoc jus sibi vindicat: posteriori casu verò præferentur vasalli, ad exemplum debitorum, inter quos si unus solutionem in solidum offerat, ceteri amplius compelli nequeunt, quia oblatio sine causâ repudiata, vim solutionis habet, *l. 72. pr. ff. de solut.* modò etiam substituerint personam habilem. Quod si verò talem esse neget Dominus, adeundus Judex vel arbiter, qui nulli conniveat, adeoque nec Domino nimis delicato, nec vasallo nimis fordido & avaro. *Rosenth. c. 8. concl. 23. n. 5. Kohl. de Serv. P. 1. n. 175.*

XI.

Disquiri insuper hic posset, an vicarium generali mandato instructum, teneatur admittere Dominus? Et verior utique ea sententia, quæ speciale desiderat mandatum: est enim hoc negotium res maximi momenti & præjudicii insignis, adeoque in primis etiam consensum committentis speciatim requirens. *conf. Giph. ad l. 60. de procurat. n. 9. & seqq. & Peregrin. Jannin. 3. de Citat. reali cap. 21. num. 87. multisq; seqq.*

XII.

Svasit verò hunc vicariatum vasallorum utilitas, quoniam res per plures personas & loca dispersa redditur difficilior, *l. 2. §. II. de O. J.* segniusq; expediunt commissa negotia plures: *Berlich. decis. 21. n. 3.* Si igitur feudum pro indiviso plures possident, omnes quidem reverentiam debent Domino, *Schenck. ad vers. omnes filii. 2. F. 26. n. 6.* pos-

funt tamen interim consensu Domini vasallum vicarium constituere, qui loco omnium & juramentum & servitia præstet. *Rittershus. Partit. Feud. l. 1. c. 9. q. 25. Sonsbeck. P. II. n. 14. Alvar. n. 8. & Dd. communiter ad d. §. omnes filii. 2. F. 26. Mynsing. l. 5. obs. 9. Zas. P. 7. n. 11. Bocer. de modo amittend. feud. tractat. 5. cap. 2. n. 185. seqq. & D. Struv. S. J. F. cap. 10. aph. 3. num. 2.*

XIII.

Necessitas verò eundem planè imperavit Universitatibus, civitatibus, collegiis & corporibus. *D. Struv. S. J. F. cap. 8. aph. 6. n. 5.* Nam cum renovatio investituræ, (nisi pactò vel consuetudine remissa *Schrader. P. 6. cap. 1. n. 15. Ludwell. de renov. invest. c. 1.*) sit petenda intra annum & diem 2. *F. 24. 2. F. 40. pr.* & quidem mortuò vasallò, quò appareat, ejus heredem rem à Dominò in feudum ac tanquam beneficium quoq; recognoscere velle, *Anton. Monach. de rectâ feudor. interpretat. cap. 47. & Thom. Cragius 3. Feudor. Dieges. 3.* mutatò verò Dominò, quò successor novus à vasallò agnoscatur, eique debita exhibeatur reverentia *D. Struv. S. J. F. c. 10. aph. 1. n. 2.* nunquam fermè hoc debitò honore afficeretur is, qui Universitati vel collegio alicui rem in feudum concessisset, quia hæ universitates etiam ab unico conservantur, *l. 7. §. f. ff. quod cujus cun. univers. nom. & immortales reputantur l. 76. ff. de jud. l. 56. ff. de usufr. conf. Henric. Bruning. de var. Univers. spec. th. 98. lit. b. Balthas. Conrad. Zahn. Ichnograph. municipal. c. 94. n. 8. & seqq. atq; inprimis Vir eminentissimæ eruditionis, Petrus Faber I. Semestr. 8.*

XIV.

Utilitas verò partim, partim etiam aliqualis necessitas subest, si vasalli ex accidenti sint inhabiles, idq; vel propter defectum corporis, e. g. muti, surdi, cæci, *Tubing. Consil. 39. n. 15. 16. indeq; Speidel. voce Lehenträger, & spes afful-*

affulgeat, eos à Medicis restitui posse, *Rosenth. c. 7. conc. 27. n. 5. Blasius Michalorius de cæcò, mutò & surdò c. 66. n. 4.* hi etenim à feudi successione non planè excluduntur, imò indistinctè, si post acquisitum morbus eis vocem aufert vel aures concludit, feudum retinent; *1. F. 6. cum tunc duplici nitantur fundamentò, providentiâ scilicet parentum, & jure propriò, dum ad feudum admissi cum Dominò contraxerunt, adeoq; eorum jus solidius ex successione parentum & propriâ possessione radicatum coaluit. Schenck. ad §. mutus. 1. F. 6. n. 4. Hartm. Pift. l. 2. P. 2. q. 22. n. 25. D. Stryckius de Jure sens. Dissert. 2. c. 3. n. 52. seqq. & Dissert. 4. c. 3. n. 2. & seqq. vel propter defectum judicii, uti infantes pariter & impuberes. Speid. voce Lehentragger. Hi enim sicuti per substitutum servitia, nisi sint talia, quæ ipsi pupilli obire poterunt, arg. l. fin. §. f. ff. de liber. caus. Kobl. de Serv. P. 1. n. 141. Schenck. ad tex. 2. F. 26. §. si quis decess. n. 2., Domino exhibere tenentur, Bald. ad d. t. vers. si minori. Schrad. P. 6. c. 6. n. 9. D. Stryck. c. 18. q. 29. (frustrâ dissentientibus Dd. communiter, credentibus, eos nec per substitutum servire teneri, Ros. c. 8. concl. 8. n. 3. ibiq; Glossa lit. d. Alvar. Andr. de Iser. n. 1. Matth. de Afflict. pr. & Schenck. ad d. text. cum prior sententia, non in praxi duntaxat, quemadmodum præter Carpz. P. 3. c. 28. d. 18. n. 3., ipsi dissentientes fatentur, recepta, sed & juris analogiæ convenientior sit. Quantumvis, si pro iis nemo servitia præstiterit, Dominus feudò privare eos actutum non possit, sed tantum ad interesse agere: Schenck. d. loc. Kobl. de Serv. P. 1. num. 142. ut enim feudum amittatur, oportet egregiam commissam esse ingratitude, à quâ pupillos ætas mentisq; excusat fragilitas; l. 108. de R. I.) ita certè aliquando utile quoq; & necessarium esse potest, ut potiùs vicarium Domino consentienti cum auctoritate tutorum suorum offerant, eidemq; per hunc consveta servitia exhibeant.*



XV.

Utilis deniq; & suo modo necessaria est hujusmodi vicarii vasalli constitutio, si principalis in excellentiori dignatione, & præcipuâ potentiâ est constitutus, adeoq; domino suo, conditionis longè imparis & dignitatis multum inferioris, ἀποπερσώπως illæsâ autoritate inservire commodè non potest. *Zafius P. 5. n. 73. Præpos. n. 2. & Andr. de Iser. ad tex. 2. F. 26. §. 1. si quis decess. n. 4. Curt. P. 3. membr. 2. n. 14.* Faciunt huc ἀναλόγως Potentissimi Electores seculares, qui ratione quorundam bonorum, non verò Electoratuum, sicuti docent *Spangenberg. Chron. Sax. c. 161. Sturcius de Imp. Rom. c. 36. n. 12.* neq; ipsorum officiorum Electoralium, uti perperam censet *Arum. Discurs. 6. ad Aur. Bull. th. 41. & Joh. Theodor. Sprenger. 2. Institut. Jur. Publ. c. 27.* rectè obinde refutati à *Limnæo J. P. l. 3. c. 7. n. 76. & D. Conringio Dissert. de Officialibus Imperii th. 26.*, Episcopo Bambergensi per sub officarios, enumeratos à *Limn. c. l. n. 78.* similia exhibent servitia, quæ vel ipsimet vel per vicarios Imperatori tempore coronationis præstare solent. *vid. Freinsb. de Præced. Elector. & Cardinal. Diatrib. 3. §. ult. Lampad. p. 2. c. 4. §. 23. Carpz. Disp. Feud. 10. subjunctâ quæst. 1. Strauch. Diss. Exoteric. 3. th. 12. Mager. de Advocatiâ armat. c. 5. n. 420. seqq. Marquard. Freher. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 15. & Eyben. Elect. Jur. feud. c. 9. §. 10.* Cæterum, ut hoc obiter hîc subnectam, quâ ratione controversia, quæ Serenissimorum horum Electorum Vicariis Imperii hereditariis, cum aulæ Cæsareæ ejusdem muneris ministris, nonnunquam etiam absentium Electorum Legatis, *D. Conring. d. Disp. th. 19. Limn. c. l. n. 74.*, intercessit, sit composita, ostendit *art. 48. Capitulat. Ferd. III.* vicariis palmam tribuens, in tantum, ut, si certis de causis interdum Imperator etiam, per suos ministros hæc officia expediri curet, nil ominus illis commoda, ab
hisce

hisce officiis in officiales communiter redundantia, reservari debeant; v. g. vicario Bohemi equus & scyphus, Bavarici equus & scutellæ, Saxonis equus baculus & mensura, Brandenburgici equus & pelvis, & Palatini equus ac patella cum reliquâ monetâ novâ. Sed redundum jam iterum in viam.

XVI.

Constituere possunt vasallum vicarium omnes, qui aliâs procuratorem & mandatarium constituere possunt. Nequeunt itaq; sine tutorum curatorumve auctoritate & consensu infantes, impuberes, minores, prodigi, furiosi, muti, furdi, cœci; §. 4. J. de Cur. l. II. C. de procur. si nempe posterioribus hæc calamitates post acquisitum feudum accidant, nam aliâs planè non succedunt, adeoq; de eorum vicariis quærere, supervacuum. Quare verò naturâ tales non æquè, ac qui casu hanc calamitatem post feudi acquisitionem incurrunt, per curatorem servire possint, hanc affert rationem, *Hartm. Pist. l. 2. q. 32. n. 34.* quod scilicet inter hos jam dum negotium cum Domino gestum sit, illi verò nullò aliò jure ad feudum aspirare queant, quàm pactò antecessorum; hoc verò ipsum hanc habere tacitam, interpretatione juris, annexam conditionem, ut feudum illis duntaxat concessum esse intelligatur posteris, qui successionis tempore habiles & ad servitia præstanda idonei reperti fuerint. *add. Ros. c. 7. concl. 27. n. 14. Et h. anteriorem 14.*

XVII.

Demandari potest hic vicariatus regulariter omnibus, qui procuratores esse & servitia feudalia præstare queunt. Removentur ergo infantes, §. 10. J. de inut. stip. impuberes, §. 1. J. quib. non est perm. fac. test. furiosi, banniti, cum hostes Imperii & mortui judicentur, *Gail. l. 2. de P. P. n. 1. Et seqq. excommunicati, arg. c. 7. X. de jud. c. 16.*



c.16. c. 32. q. 3. XI. quos bannitos ecclesiæ vocat *Panorm.* in c. 2. n. 3. de purg. canon. hi quippe nec feudalia paterna ipsimet, sed saltem per procuratorem administrare possunt, uti ex *Sylvanò, Afflict. Ros. refert Gothofredus Ant. Disp. Feud. 2. lit. f. usurarii manifesti, c. 1. de usur. in 6. hæretici aliiq; infames, a vth. Gazaros, C. de hæretic. & Manich.* qui hodiè procuratores esse nequeunt. c. infamis. q. 7. III. Ord. Cam. P. 1. tit. 18. Secus licet fuerit de Jure Civili §. f. J. de except. Ill. *Ummius Disp. 3. n. 20. Wesenbec. de procur. n. 4. nisi d. §. cum Vinnio, Ludwellò ad J. & aliis exaudiamus de hujusmodi farinae hominibus, quorum infamia nondum certò constat.*

XVIII.

Objectum constituunt quæcunque feuda, quæ Universitatibus, civitatibus collegiis licitis, id est, superiorum autoritate institutis l. 3. §. 1. ff. de coll. & corp; inhabilibus tam ætate quam corpore, pluribus simul, superioribus ab inferioribus conceduntur: *Sand. in consvet. feud. Geldriæ c. 1. n. 48.* antiqua, nova, propria, impropria, cujusmodi sine dubio sunt, quæ in rebus mobilibus e. g. pecuniâ consistunt, quam vel Dominus retinet, & vasallo certum redditum solvit, vel tertio credit, à quo vasallus usuras percipit vel ipsi vasallo tradit, quo eâ uti possit, *D. Struv. S. J. F. c. 4. aph. 2.* sive ex feudis istis servitia ordinaria debeantur, sive in solita: in his inquam feudis omnibus vicarium intervenire posse, experientia, omnium rerum magistra, abundè comprobatur.

XIX.

Ratio formalis in eò consistit, quod vasallus vicarius, principalis vices per omnia regulariter gerat, & ad omnia quoq; bonâ fide debitaq; industriâ præstanda sit obligatus, ad quæ aliàs quicumq; vasallus de jure feudali & pro cujusq; feudi naturâ est obstrictus. Hinc si Senior vitam

vitam cum morte commutavit, à successore renovationem debet petere reverenter & obsequiosè, *Gothof. Ant. Diss. Feud. 8. th. 8.* juramentum fidelitatis & servitia præstare, utpote ad quæ ipse etiam, non principalis citatur *Franzk. de Laud. c. 8. n. 141.* præterea Domini incolumitatem promovere, ac damnum ei imminens avertere, si hoc sine præsentissimò vitæ periculò facere potest, cum propriam vitam nec principalis postponere teneatur salutem Domini, *arg. l. 5. §. 25. ff. de agnos. Galen. lib. Præpositus. vers. est & alia. 2. F. 24. Vultej. cap. 10. n. 28. Rosen. c. 10. concl. 16. n. 20. Schrader. P. 9. sect. 9. n. 63. Gothof. Ant. Diss. Feud. 11. th. 8.* ubi dissentientes & complures causas, vasallum desertorem excusantes, adducit.

XX.

Differt exinde Vicarius hic manifestò à principali. Hic enim nomine propriò, vicarius nomine alienò investitur; vicarius feudum ad descendentes suos regulariter & ubi aliud non fuerit conventum, non transmittit, benè tamen principalis; vicarius regulariter nullos ex feudò percipit fructus, principalis omnes, tam naturales, quam civiles, imò & thesaurum in prædiò feudali repertum. *D. Struv. S. J. F. cap. 12. aph. 4. & seq. vid. tamen etiam heic B. Dn. Bitschii exquisitæ eruditionis thesaurus, tractatus de thesauris Part. 2. n. 148. multisq; seqq.* principalis, si feloniam committit, feudo cadit, quod non amittitur, si vicarius deliquit, cum sit instar procuratoris, cui, etsi mandato instructus generali, non concessa intelligitur facultas delinquendi: *arg. l. 198. de R. I. l. 6. C. Unde vi. l. 6. §. 2. ff. de condict. indeb. Magerus de Advoc. arm. c. 16. n. 789. & Christoph. Besold. Consil. Tubing. 57. n. 113. & seqq. post Molinam ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 43. gloss. 1. in verbò qui denie le fief. n. 83. seqq. Cagnol. ad l. aliud. 160. §. refertur. 1. de R. I. Besoldus de Universitat. cap. 7. n. 2. in f. & Alphons. Villa-*

Villagut. de reb. Eccles. male alienat. restitut. l. 1. c. 96. n. 2. seq. Sc. 127. n. 31. Quod si tamen fortean Prælati cum capitulò, vel administrator cum civitate, commune habeant beneficium, tunc eò delinquentes utique pro suâ parte, aut si totum ad eorum mensam pertineat, in totum privantur. *Ros. c. 10. concl. 3. n. 2. Sc. seqq. Schrad. P. 9. sect. 9. n. 70.* Collegium verò vel universitas hosce administratores & vicarios removere tenetur, quoniam Dominus non cogitur, hos ingratos diutiùs ferre, ab iisq; servitia recipere *Ros. d. l. in gloss. lit. c.* quod si fecerint, vel si administratores ipsi se officiò abdicaverint, redibit ad collegium feudum, *Schrader. d. l.* nec poterit Dominus alii idoneo vicario substituto, denegare investituram.

XXI.

E contrariò quid juris, si vicarius fuerit vir probus, principalis verò Dominum offendat, num excusabitur, quod non ipse, sed substitutus feudum à Dominò recognoverit? minimè gentium, cum principalis semper reverà maneat vasallus, & reverentiam seniori exhibere debeat. Si igitur foemina, quæ per maritum, universitas, quæ per Syndicum servit, Dominum injuriâ vel damnò affecerit, feudo cadet. *Rosenthal. c. 10. concl. 4. n. 8. Sc. concl. seq. n. 47.* Ut verò Universitas deliquisse dicatur, requiritur, ut communicatò consiliò, ad pulsam campanæ, vel aliò consuetò signò datò, in locum solitum convocati omnes de Universitate illâ deliberatò deliquerint. *Covarr. l. 2. var. resol. c. 8. n. 9. vers. Sexto princip. Mager. de Advoc. arm. c. 16. n. 790. Knipschild. de jure ac priv. civit. Imperial. l. 5. c. 7. n. 15. Mynsing. cent. 4. obs. 79. n. 1.* Quem enim admodum Universitas non creditur convenisse, nisi ubi de consensu omnium & singulorum, qui in eâ degunt, eorumq; qui eam repræsentant, certò constat: ita, ut & ipsa de delicto teneatur, æquè requiritur, ut omnes & singu-



singuli, cum capite & membris legitimò modò convocati sint congregati, & propositione ad delinquendum facta, id, quod postea admissum est piaculi, deliberatò consiliò consensuq; unanimiti fuerit conclusum. *Böer. de sedition. c. ult. n. 8. Cacheran. Senat. Pedemont. Decis. 39. n. 3. & Mascard. de probat. concl. 1413. n. 1. & seqq.*

XXII.

Si autem pauci, vel etiam major pars civium, in Dominum peccaverint, universitas idcirco feudò non privabitur, imò etiam si omnes confluerint, sine praevia deliberatione tamen, nihilominus hoc non luet Universitas ipsa, sed singuli *l. 15. §. 2. quod vi aut clam. Gail. de P. P. l. 2. c. 9. n. 4. Myns. d. l. n. 4. Farinac. de delict. & poen. l. 1. tit. 3. q. 24. n. 129. & Meischner. 4. Decis. Cameral. 22. n. 96. nisi universitas, delictum suo nomine à paucis commissum, expresse ratihabeat, vel à Dominò requisita, justitiam non administret, aut cives, qui in tantam furoris pervenere audaciam, cum possit, non ejiciat. Ros. d. l. Schrad. P. 9. sect. 9. n. 50. & seqq. Farinac. d. q. 24. n. 139. seqq. Lud. Molin. de J. & J. tract. 3. disp. 35. Hennig. Bruning. de var. Universitatum speciebus th. 96. seqq. Nic. Losæus de Jure Univers. part. 4. cap. 1. add. Bodin. l. 3. de Repub. c. 7. & Petr. Fabr. l. Semestr. 8. Besold. 3. Delibat. Jur. q. 26. & Oldekop. 2. Observat. Criminal. 5.*

XXIII.

Differt præterea vasallus vicarius etiam à nudò mandatariò & procuratore, quantumvis Dd. pleriq; utrumq; non sine maximâ rerum confusione confundant. Nam licet non inficias eam, vicarium quoque mandatarium & procuratorem appellari posse, aliquid amplius tamen hoc, istum habere, eosque realiter differre illud evincit, quod in vicarii personâ omnis recognitio stet cadatque *Franzk. de Laud. c. 8. n. 140. adeò, ut eò mortuò, principa-*

les intra legitimum tempus alium sub poenâ caducitatis debeant offerre, *idem d.l. Gothof. Ant. Diss. Feud. 8. tb. 7. lit. b. Besold. Consil. Tubing. 39. n. 16.* mandatarii verò impetrata investitura longius & tamdiu duret, quàm principalis in vivis est, eoq; mortuò, successores demum ad eam renovandam sint obstricti, *Franzk. d. l. n. 143. Berlich. decis. 23. n. 3.* quemadmodum exinde etiam est, quod vicarius in animam suam, mandatarius in animam principalis juret, veluti ex subjectâ formulâ, quâ celeberrimæ cujusdam Reipublicæ vicarius vasallus à quodam Episcopo & Imperii Principe per mandatarium investituram impetrat, ad oculum adparet. Ita autem illa:

Wir N.N. von Gottes Genaden (Tit.) bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Brief / daß auf heut zu End bemelten Dato, vor Uns kommen der Ersame und Hochgelährte / Unser lieber besonder, Cajus Cestius, und hat Uns vorgebracht Original- und Substitutions-Gewalt / von wege Publii Cornelii, als dieser Zeit des Geschlechts der Corneliorum Aeltisten und Lehenträgers / ic. und Uns unterthänigst gebeten / daß Wir als Bischoff zu N. Ihme in Anwaltschaft nahmen / an statt und von wegen gedachten Publii Cornelii, gnädigst leihen wolten solche Lehengüter und Gefälle / welche inwendland Cnejus & Tiberius Octavii Gebrüdere / und dero Vor- Eltern / von inwendland Unserm Vorfahren und Unserm Stifft zu Mannsleben gehabt und getragen / Inhalt der Brief darüber besagend / und folgend im Jahr . . . mit Unserer Vorfahren und der Würdigen und Ersamen / Unserer lieben andächtigen Dechant und Capituls Unserer Thom-Stiffts zu N. gnädigen Vorwissen und Bewilligen / von Ihnen denen Octavii die (Tit.) Burgermeister und Rath der Stadt N.N. erkaufft / dieselbe aber
auf

auf ein gewisses Lehensfähiges Geschlecht / nemlich die
 Cornelios, gestellt / und hierauf erstlich iwenland Aulus
 Cornelius, darnach dessen Bruder Lucius Cornelius ꝛ.
 von Unserm Vorfahren und Unserm Stifft zu Lehen
 empfangen / Inhalts der Lehenbrief und empfangenen
 Gegen-Reversen / als haben Wir angesehen Publii Cor-
 nelii des Aeltisten ꝛ. durch Seinen Anwalt gethane flei-
 sige Bitte / auch die rhexafften Ursachen Seines selbst
 nicht erscheinen / und dann die getreue Dienste / so Er
 Uns und Unserm Stifft N. instünfftig wohl thun kann
 und soll / Ihme Publio Cornelio als Aeltisten und Lehen-
 träger / und an Seiner statt obberührten Seinem An-
 walt / obangedeuter massen ermelte Lehenstück und Gü-
 ter zu rechten Mannslehen angefekt und geliehen; Ses-
 ben an und leihen die Ihm auch in und mit Krafft dieses
 Lehenbriefs / was Wir Ihme von Rechtswegen anse-
 hen / leihen sollen und mögen / allermassen es auch denen
 Octaviis hiebevör angefekt und geliehen worden / mit
 dem ausdrücklichen Reservat und Vorbehalt / da Er
 Publius Cornelius Lehenträger und die von erstbemel-
 ten Aulo & Lucio Cornelii herstammende männliche
 Leibs- Lehen- Erben gänzlich verfallen und absterben
 solten / solche Lehengüter Uns alsdenn / Unsern Nach-
 kommen und Stifft N. apert und widerum heimgefallen
 seyn sollen / doch ausgenommen Unser / Unseres Stiffts /
 Unserer Mann / und eines jeden Rechten und Gerechtig-
 keiten daran. Und hierauf hat Uns der obbenannte Pu-
 blius Cornelius als Aeltister und Lehenträger / durch ge-
 melten Seinen Anwalt / in Krafft übergebenen Gewalts /
 darüber gewöhnliche Huldigung gethan / und Gelübt
 und Aid / Uns und Unserm Stifft N. getreu und hold zu
 seyn / Unsern Schaden zu warnen / frommen und bestes
 zu werben / von den Lehen zu thun / zu dienen / gewärtig
 und

und gehorsam zu seyn/ als man Lehensherrn pflichtig/ und schuldig ist zu thun/ und solcher Mannlehen Recht und Gerechtigkeit ist/ ohne Befehde. Zu Urkund haben Wir Unser Insiegel hiervor drucken lassen. *ic.*

Ecce verba hæc hierauf hat Uns N. N. der obbenannte Publius Cornelius, als Aeltister und Lehenträger *ic.* gelobt treu zu seyn *ic.* aperte docent, quod vicarius & proprio nomine fidelitatem ac servitia polliceatur, daß auch er der Lehenträger wolte treu seyn/ und von den Lehen dienen/ è contra verba, daß der Lehenträger durch gemelten seinem Anwalt Cajum Cestium *ic.* darüber gewöhnliche Schuldigung gethan *ic.* innuunt, aliud obtinere in nudò mandatiò, & quod per hunc, tanquam per organon ipse vicarius jurare intelligatur. *conf. Lauterbach. tractat. Synopt. de juramentis th. 5. Feltmann. Dissert. de Jurej. in alterius anim. Soldekopii Dissertatio ejusdem argumenti.*

XXIV.

At quemadmodum nil tam firmum est, quod non suam patiat exceptionem, ita quando supra dictum, quod in hóc nostrò vicariatu circa renovationem investituræ, non principalis, sed vicarii mors attendi soleat, adfertur illud cum grano salis, & eò de casu est intelligendum, ubi quidam tantum, non ad unum omnes principales ex vitâ discesserunt: singulis quippe mortuis, successores oportere vicarium de integro substituere, tradit *Besold. sub voce Lehenträger. cum mandatum morte mandantium extingatur. l. 15. C. mandat.*

XXV.

Quod autem hic noster vicarius differat etiam à negotiorum gestore, inter omnes satis constat. Hic enim sine mandatò alterius plerumq; ignorantis atque absentis *l. 5. pr. ff. de O. & A. adde Eckboltum de neg. gest. §. 4. negotia gerit;*



gerit; vicarius verò noster tantum abest, ut sine mandato admittatur, ut potiùs speciali habeat opus. *Castrensis cons. 424. Ros. c. 6. concl. 37. n. 2.* Sed propero ad finem, qui conspicitur ex qualitate causæ impulsivæ, & in eò consistit, videlicet ut in iis casibus quibus vasalli munia ipsimet commodè subire nequimus, operæ nostræ vicaria supponatur fides, atque ita commune commodum, mutuis gubernetur officiis.

XXVI.

Fluit ex hæctenus dictis, quòd Domino idem jus, quod aliàs in vasallum, etiam competat in vicarium, utpote quem suæ jurisdictioni feudali itidem subiectum, & ex contractu feudali obligatum habet, ad suam promovendam salutem, sibiq; præstandam fidem debitumq; obsequium. Quare vicarius non poterit eum accusare, vel etiam per denunciationem alicujus criminis reum facere, *2. F. 24. §. item si delator. 2. F. 33. §. in quibus.* (quem priorem textum hoc evincere negat *Sonsbeck. P. 12. n. 46.* eum restringens ad delationem, quando vasallus nunciat fisco bona à Dominò occupata) *v. hic etiam B. Rittershus. 2. partit. feudal. cap. 5. quest. 14. §. 19. ac B. Dn. Bitsch. ad d. §. item si delator.* nisi quid moliretur contra Rempublicam aut Imperatorem. *Sonsbeck. d. l. n. 48. Schenck. ad d. tex. n. 3.* ratio in promptu, quoniam delationes valdè odiosæ in personis familiaribus, adeò ut olim servi Domini delatores, instar proditorum, acerbissimis subjugati sint pœnis, etsi crimen probarunt. *l. 6. C. de delat. v. ibid. §. ad tot. tit. ut §. in V. Sententiar. Pauli tit. 14. Jacob. Cujac. Jctorum illa idea consummatissima.*

XXVII.

Viceversâ Dominus hunc vicarium etiam, eòdem affectu debet prosequi, quò vasallos alios, ut quibus conjugis instar, & ad reciprocam fidem quoq; adstrictus est,

2. F. 6.

2. F. 6. Schenck. & Cujac. *ibid.* 2. F. 58. pr. *Vultej. c. 10. n. 37.*
 cumq; iis ad paria judicatur. *Gothof. Ant. Disp. Feud. 7.*
th. 1. exceptiones vide apud *Alvar. ad tex. 2. F. 33. n. 2.*
Affl. Dec. Neap. 265. n. 2 aliosq; , hinc non minus hunc
 vicarium, quam vasallos alios, si iudicium feudale cele-
 brandum, ad quod omnes vasalli citandi, nisi litigantibus
 placuerit, quosdam saltem eligere, *D. Struv. S. J. F. c. 16.*
aph. 6. n. 3. vel alius emergat casus, ubi parium curiæ de-
 sideratur præsentia, fortean quod novum vasallum in-
 vestiatur, 2. F. 52. & 2. F. 58. legitimè convocabit, ejusq;
 commodum juvabit, nec in vitam illius ante diem in-
 quiret.

XXVIII.

Alter effectus est obligatio mutua inter principalem &
 vasallum. Quemadmodum enim mandatarii & curato-
 res actione mandati & utili negotiorum gestororum conve-
 niri possunt, ut mandatum exequantur, *l. 22. §. II. §. 1. 27.*
§. 2. ff. mand. rationes reddant, neglecta resarciant, *l. 7. C.*
arb. tut. & hi vicissim illis, *v. tot. tit. ff. de contr. tut.* & *uti-*
li act. sic etiam hic vicarius obligatur omne damnum re-
 fundere, quod durante hoc vicariatu, ejus dolò vel cul-
 pâ, eaq; pro diversitate casuum, & qualitate hujus vica-
 riatus, vel latâ, vel levi vel levissima, principalis incurrit;
 vicario contra principalis quoque obstrictus est, restituere
 omnia quæ hâc occasione illi absunt, ob imminencia
 adhuc damna insuper cavere, cum nemini officium su-
 um debeat esse damnosum, *l. 7. ff. test. quem. aper.* nec non
 honorarium, si quod promissum, præstare. *conf. Jacob.*
Gothofred. repetitæ prælection. tractat. de Salaris cap. 13.

XXIX.

Contraria, quæ hunc vicariatum vel impediunt ac-
 tutum ab initio, vel postea resolvunt, non sunt unius
 generis. Ab initio invalidus est, si Senior constitutioni
 dissentit, cujus tamen consensum ad vicarium vasallum
 con-

constituendum desiderari supra demonstravimus. Nam cum Dominus insignem utilitatem ex renovatione investituræ eamq; comitantibus sentiat laudemis, invito ei hoc emolumentum auferre vel saltem imminuere nequeunt vasalli, quod fieri tamen quodammodo videtur, si per vicarium pro lubitu servirent. *Berl. decis. 20. in f. Jason. in l. f. C. de Jure emphyte vt. n. 33.*

XXX.

Eadem ratio, si principalis vasalli voluntas deficit, ut sine quâ frustrâ quis semet ipsum obtrudit, quia in contractibus & aliis negotiis civilibus, ubi in propriâ personâ ipse quis intervenire potest, nemo procuratorem vel curatorem constituere, *Berlich. Decis. 21. n. 4. Et ab eò allegatus Jason. in l. si quis iniquum. §. si procurator. ff. quod quisq; juris in ali. n. 14. in med.* aut à tertiò datum, vel eum, qui se ipse ingessit, tolerare tenetur, quippe talis homuncio, qui non rogatus, sed potius prohibitus ad alterius negotia accedit, hòc ipsò se satis reddit suspectum, *l. 25. de proc. nec aliquid repetere potest, arg. l. ult. C. de neg. gest. Strauch. Exerc. 2. ad 50. Decis. si quid expendit sumtusq; fecit, cum damnum non sentire videatur, quod quis suâ culpâ patitur, l. 203. c. 86. de R. I. in 6. quam is utiq; incurrit, alienis negotiis temerè, intempestivè & inconsultò se immiscendo. l. 36. de R. I. ibiq; Guilielm. Dyemenus Et Jacob. Gothof.*

XXXI.

Idem est, si substituendus vicarius hoc munus suscipere recusat, quia mandatum suscipere cuilibet liberum, *§. II. J. mand. l. 8. §. I. de procur. Et l. 17. C. eod.* quemadmodum & aliàs generaliter nemo ad contrahendum cogi potest, nisi justæ id svadeant causæ, quales occurrunt *in l. 12. pr. de rel. Et sumt. fun.* ubi religionis causa alicui necessitas imponitur, concedere iter ad sepulchrum, *in l. 14.*

D

§. I.

§.1. *serv. quemad. amittant.* ubi proximus vicinus viam præstare tenetur, si prior publica vi fluminis vel ruinâ amissa, in §. f. J. *de his qui sunt sui vel.* ubi Domino injungitur vendere servum, cui intolerabilem intulit sævitiam, *vid. hic omninò Job. Kleinschmid. 5. Præcognit. Jur. sect. 2. n. 46. multisq; seqq.* ut alias nunc sicco pede præteream exceptiones, quas passim in Jure reperimus. *conf. Syntagma J. Civ. D. Struv. Ex. 23. th. 6.*

XXXII.

Resolvitur verò hic vicariatus etiam non unò eodemq; modò. Et quidem à parte vicarii, (1) si is vicariatus renunciat, quippe quæ habent officii causam, non magis reluctanti extorquenda sunt, quàm invito obtrudenda, *Vinn. ad §. II. J. mand.* dummodo hoc faciat tempestivè, atque ita, ut mandantis nihil amplius interfit: *arg. l. 22. §. f. mandati,* (2) si is feloniam committit. Nam quamvis principalis idcirco puniri feudoquè privari non possit, remove tamen cogitur hunc vicarium vel confessum vel convictum, *l. 16. C. de pœn. Et can. 1. ac 5. q. 1. II.* neq; prius ad eum revertitur feudum, quàm si vicarium alium idoneum obtulerit. *Schrad. P. 9. sect. 9. n. 70. Ros. c. 10. concl. 3. n. 2.*

XXXIII.

Cum verò aliquando usu eveniat, ut Viri senio confecti, aut divitiis abundantes sibi concredita officia spontè resignent, reliquum vitæ sibi suisq; procul negotiis inter privatos parietes victuri, hinc quæstio ventilata, quid Juris, si illi hætenus alicujus collegii vicarii vasalli fuerint, an post depositum istud officium principales & collegium illud actutum alium substituere teneantur, an verò nilominus etiam relicta spartâ & anteriori officio, hunc vicariatum retineant. Et posteriorem in sententiam Jenenses descendisse, ostendit *Richter. decis. 83. n. 168.* rationem decidendi in *l. 17. C. de quest.* quod scilicet memoria

moria pristinae dignitatis profit, quærens, hancq; sententiam postea etiam præjudiciò confirmans.

XXXIV.

A parte verò principalis hic vicariatus itidem præcipuè trifariam resolvitur, (1) revocatione, quia mandans non tenetur pati, quod mandavit, perfici, neq; immeritò, cur enim quæso non poterit quis repudiare, quod suâ de causâ susceptum, aut cur cogetur ingratis suis operâ alienâ juxta ac officiò oblatò uti? Neq; etiam mandatarius habet, quod heic conqueratur, utpote cujus nihil interest, si re integrâ revocaverit, *Vinn. §. 9. J. mand. (2) amissione feudi, per rei interitum, arg. §. 1. J. de usufr. l. 15. §. 2. ff. loc. Rittershus. part. feud. l. 2. c. 6. n. 9. vel dolosam insignemq; totius feudi deteriorationem, vers. è contrariò. 2. F. 8. & vers. quicumq; advocatiam. 2. F. 27. Auth. qui rem hujusmodi. C. de SS. Eccles. D. Struv. S. J. F. c. 15. aph. 5. aut feloniam, tam omittendò, quam committendò perpetratam, tot. tit. qvæ fuit prima caus. benef. amit. nec iterum expressè, v.g. transigendo, 2. F. 31. vers. nisi. vel tacitè, ad servitia vasallum denuò citando, condonatam, contingente *Alv. ad vers. licet vasallus. 2. F. 26. n. 8. Andr. de Iser. de prob. feud. alien. n. 59. Curt. Jun. P. 4. n. 61. (3) consolidatione, quando vasallo ad dominium utile accedit directum, idq; tum suò modò præscriptione, Ros. c. 6. concl. 82. & Boc. tractat. de præscript. feud. c. 2. n. 70. seqq. tum aliis ex causis, inter quas an referenda sit, si Dominus sine heredibus obit, fluctuant Dd., aliis cum *Vultej. c. 11. n. 7. affirmantibus, aliis cum D. Stryckio Exam. J. F. c. 22. q. 7. negantibus.***

XXXV.

Num verò præterea hic vicariatus etiam tollatur morte principalis, anquisitè disputari solet. Et si quidem principalium sint plures indivisim, & unus vel alter saltim, reliquis vel unò etiã tantum superstitibus, inter homines age-



re desit, vicariatus hic legitimè constitutus nondū exspirat; Sin verò tota civitas, integrum collegium vel principales ad unum omnes planè deficerent, puta peste, inundatione, terræ-motu, tunc ob personæ hujus mysticæ *l. 22. ff. de fidej.* vel omnium principalium mortem, vicarii quoque desineret officium, cum nemo superfit, cujus nomine investituram repetere queat.

XXXVI.

Ampliatur verò prius membrum, & vicariatus hic non exspirat, etiamsi Abbas monasterii vel alius alicujus Universitatis administrator, qui Vicarium constituit, cujusq; nomine investitura insimul impetrata est, naturæ modum impleverit. Vicariò enim adhuc superstite, talis communitas non opus habet renovare investituram, & solve-
re laudemium, quoniam omne jus, quoad recognitionem aliàs Abbati vel administratori competens, in substitutum translatum creditur. *Franzk. de laud. c. 8. n. 146.* Curret itaq; tempus petendæ investituræ tunc à vicarii morte, quod, eò non constitutò, à tempore mortis administratoris cucurrisset. Et hæc omninò ita sese habere, exemplo Abbatis monasterii in *Speinshart*/ feudum ab Episcopo Herbipolensi per substitutum tenentis, confirmat *Hartm. Hartmann. l. 2. pract. obs. tit. 54. obs. 14.* in eoq; suffragatorem habet *accuratissimum Dn. Franzk. de Laud. d. cap. 8. num. 146. seqq.*

XXXVII.

Restat, ut consideremus etiam hujus vicariatus affinia, quò spectant I. Vicarii Domini. Quemadmodum enim ut suprà *th. 22.* diximus, universitates & collegia idcirco aliquem, à cujus morte dependeat renovatio investituræ, substituere tenentur, quoniam non facile extinguuntur, adeoque hæc ratione Dominus honore, qui eum ex investiturâ manet, fermè nunquam maectaretur; ita à contrariò

trariō nullus quoque dubito, quin & talis-modi Univer-
sitates, cum aliis bona in feudum concedunt, Vicarium
Dominum suis vasallis præfigere possint, post cujus obi-
tum, iisdem incumbat, tanquam seniore mortuo, 2.F.40.
feudum renovare, ob eandem paulò antè allatam ratio-
nem, quia scilicet aliàs vel rarò debitum experirentur ob-
sequium, cum sint immortales, aut nimium quantum
gravandi essent earum fideles, si toties, quoties vel uni-
cus ex iis hujus vitæ usurâ privaretur, investituram redin-
tegrare cogerentur.

XXXVIII.

Nec minus id obtinet, si dominium directum ad plu-
res pertineat consortes, sive ab initiō id simul acquisive-
rint, sive ex post factō, ubi plures uni succedunt. Cum
enim his casibus illius domini exercitium sæpiusculè se-
niori in familiâ, vel alii certæ personæ committatur, *Vul-*
teij. c. 7. n. 95. Zasius p. 7. n. 11. Ros. c. 6. concl. 38. n. 11. Et in
gloss. lit. m. qui, ex generali reliquorum voluntate, vasallis
concedat investituram, cæteraq; quæ omnibus compe-
tebant, solus recipiat; hinc, licet plures ex illis condomi-
nis decedant, Vasalli nec sic prius investituram renova-
bunt, quàm iste Dominus vicarius ex hâc vitâ migraverit.
Brunnemann. consil. 161. num. 46.

XXXIX.

II. Mandatarii & procuratores, quippe & hi munus
suum in alterius gratiam suscipiunt. Fallit tamen hoc in-
terdum in utroq; dum procurator quidam etiam in rem
& utilitatem suam datur, & mandatarii inveniuntur, qui
vel suâ & mandantis causâ §. 2. J. vel suâ & tertii §. 5. J. vel
suâ, tertii & mandantis l. 8. §. 3. Et 4. ff. vel suâ causâ tan-
tum constituuntur: §. 6. J. mand. quamvis hōc casu ulti-
mō tale mandatum, consilium magis appellari mereatur,
quàm verum mandatum, neque obliget etiam, nisi fue-
rit fraudulentum §. eod.

D 3

XL. Et



XL.

Et III. tandem etiam Vicarii Episcoporum aliorumq; Rectorum Ecclesiarum. Quamvis autem Archidiaconi juxta ac Archipresbyteri quoque hōc nomine contineantur, mihi tamen nunc saltem sermo est de iis, qui, nullō gaudentes propriō nomine aut certā administratione à canonibus præscripta, sunt constituti *Zæf. comment. ad J. Can. n. 1. ad tit. de Off. Vic.* Illi enim sunt Episcoporum in solennibus sacrorum & ordinationum, in dispensatione sacri ærarii & exercitiō Jurisdictionis Episcopalis vicarii nati, constitutiq; à canone jure dignitatis & officii, non ab Episcopō *cap. 1. § 7. de Off. Archipresbyt.* exindè etiam Episcoporum oculi, aures, ora, corda & animæ dicti; hi verò constituuntur extra canonem ab iis, qui dignitate vel officiō funguntur.

XLI.

Constituit autem ejusmodi vicarium etiam Pontifex *cap. 6. X. de præsumt. § cap. 5. X. de Offic. Vicarii.* aliquando, secundum Perronium, Vicarium Cathedraticum dictum, *Gibalin. 5. Scient. Canon. cap. 5. q. 7. vide etiam c. 6. q. 2. n. ult.* in primis autem Episcopus, quin imò hic etiam constituere obligatus est, *c. cum simus. 3. q. 3. IX. § cap. quoniam in plerisq; 14. X. de Off. Ordin.* usq; adeò ut etiam, moram in eò faciente, vicarii datio ad Metropolitanum devolvatur. *c. f. de supplend. negl. Prælat. in 6. conf. Concil. Trident. Sess. 24. de Reformatione cap. 16. ibiq; Barbos.* Dicebatur hic Vicarius Episcopi olim etiam Episcopi *Misus cap. 1. X. de frigid. § malef. Creditus, Creditarius & Officialis, cap. ex frequentibus. 3. X. de Institut. § cap. in tantum. 36. X. de Simon.* quia Jurisdictio Episcopalis tum adhuc indivisa erat, & vicarius utramq; spirituales & temporales, judicialem & extrajudicialem exercebat, hodiè verò alius est vicarius, alius officialis; ille habet Jurisdictionem

onem spiritualem, extrajudicialem, officialis contra exercet contentiosam & quæ in jure judicioq; versatur. Notat tamen *August. Barbos. 3. de Off. & Potest. Episcop. allegat. 54. n. 53. post Mandos. & Hieronym. Paul. Romanæ Curie stylô* in expeditionibus & delegationibus ad Italiam, Ungariam, Dalmatiam, Epirum, Cretam, & partes Orientales, Siciliam, Sardiniam & Corsicam concernentibus, Cancellariam Vicarii vocabulô, in expeditionibus verò ultra montes, in Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Angliam & ad ultra marinos, Officialis nomine uti.

XLII.

Hic autem Episcopi Vicarius debet esse Clericus, non Laicus *c. in nova. 22. q. 7. XVI. solenni que & publicô instrumentô* creatus, & habet dignitatem, quatenus Episcopi vices gerit, exinde etiam Antistes secundi ordinis nonnullis dictus, Canonicos tamen in chorô & capitulô alioquin non præcedit, sed duntaxat in actibus, qui ad ejus officium pertinent. *c. præcipimus. ult. dist. 93.* Quam verò Jurisdictionem habeat, ordinariam, an delegatam, inter canonistas maximè controversa disquisitio est, de quâ omnino cum aliis in utramque partem allegatis videndi *Anastas. Germon. 1. Animadvers. c. 6. & 7. Hostiens. in Summa heic n. 1. & 2. August. Barbos. d. allegat. 54. n. 28. multisque seqq. & Ereric. Pirbing. ad tit. de Offic. Vic. sect. 2. §. 2. n. 35. seqq. conferendiq; Sigism. Scacc. de Appellat. cap. 7. art. 3. n. 53. seqq. & Besold. simili tractat. cap. 4. n. 15.* Illud verò certum, quod alius sit generalis, qui plenam Jurisdictionem per universam Dicecesim habet, alius foraneus, qui extra civitatem in certâ Diceceseos parte constitutus, *cap. Romana Eccles. 1. de Offic. Ordin. in 6.* alius perpetuus, alius temporalis, de quô amplius consulendus *d. l. Pirbing. sect. 1. §. 1. & 2.* atque tandem de totô hóc vicario-

cariorem genere, præter Commentatores ad *d. tit. X. de Off. Vica. Alteserra de Adjutor. Episcop. lib. 2. cap. 1. § 2. Anton. August. Jur. Pontif. Veter. Epitom. part. 1. lib. 4. tit. 75. § Augustinus Barbos. 1. de Jure Ecclesiast. c. 15. Ego verò hîc finio mihi que cum Julio Cesar. Scalig. in Epist. 21. satis esse puto, plurima nescire, paucula nosse, nulli æmulari, omnium autem admiratorem esse.*

Tibi verò D. T. O. M. ex imis cordis penetralibus devotas exsolvo gratias, pro concessis viribus, submissè rogans, ut impostertum quoque laboribus meis benedicere conatusque meos felici coronare successu velis, quo vergant in Tui gloriam, proximi commodum meumque emolumentum.

F I N I S.





I.

R Omani, secus ac Græci, meliora *sinistra*
 auspicia dextris credidere firmiter:
 Nempe quòd illa satis *sinerent*, quod quisque
 volebat

peragere, fieri ab ethnicis ineptulis.
 Firmior hæc basis est, in qua mea vota recum-
 bunt,

quod CANDIDATUS hic agit, faustum fore:
 Nam *Patris* & Magni vestigio *Avunculi* in-
 hæret:

De gratia ergo Numinis non ambigo.

*Atque sic extremum hoc Academicorum
 studiorum specimen, festinatè quidem;
 aperta autem mente gratulatur*

M. LUCAS FRIEDERICUS Reinhart/
 Theol. P. P. & Ecclesiæ minister,
 h. t. Vniverfitatis Rector.

II.

L INCKI, *grata mei Convictus portio,*
Muse

*Intemeratus Amor, Delitiumq; meæ,
 Cum Te respicio, Et vitam moresq; Tuiq;
 Ingenii robur pensito mente meâ;*

E

Ex



*Ex capulō video cineres reuiviscere Patris,
Obductāq; virum membra referre cute.
Maſte Tuā virtute ! breui ſic itur ad
astra!
Perge, & in officiō mox vice Patris
eris.*

Amiciſſimo ſuō LINCKIO, J. U. Candidato
ob pietatem, modeſtiam & eruditionem
toti Uniuerſitati longè chariſſimo, pro-
lixiori affectu, quàm verbis gratulaturus,
uberiorisq; felicitatis magmenta ex ani-
mō adprecaturus,

deprop.

GEORGIUS REICHARDUS Hammer / D.
h. t. Decanus.

III.

L INCKIUS en DEXTER Juris fidusq; SA-
CERDOS

Nunc cluet, adjungat dextra *brabéa*
Themis!

*Hiſce ſuo LINCKIO de optimè
promeritis Juris Honoribus
ex animo gratulatur*

HEINRICUS Linck / D.

IV. *Qui*

IV.

Qui Remuli cade & victricibus inclytus
armis

Virgil.
l. 6. Æneid.
v. 592.

Oenotriam Rutulo sanguine tinxit
humum,

Primum parva ciens belli praeludia, Trojam
Troicaq; Aeneades agmina duxit ovans.

l. 5. Æn.
v. 602.

Prelia ficta movet, veri simulacra laboris,
& stricto ad palum fulminat ense prius,
Quam fidens animis sava ad certamina miles
duraq; sanguinei munera Martis eat.

Ergo sola cohors nullo sudabit agone,
quam sibi, quamq; foro deligit alma Dice?
Imo hæc, queis fervent nostra auditoria, pul-
cra

lites sunt streperi prima palestra fori.
Bella fori heic simulat suavis contentio: justis
rostra tribunalis docta cathedra refert.

Cujus ut excelsum vidit Te scandere pontem,
LINCKI, spes Patriæ maxima, Diva
Themis,

Mirata & studium & culta dona enthea
mentis
judicii vires, eloquiq; decus,

Qui



*Qui sic in nostrâ miles præludit arenâ,
inquit, proh! superi quæ mihi bella dabit?
Dixit, & Aoniam felicia tempora circum
ter quatiens laurum signa secunda dedit.*

In honorem
Nobilissimi atq; Præstantissimi
DN. DOCTORANDI
gratulabundi f.

COMMENSALES.




ULB Halle
006 558 399


3



VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

73
D. N. 7. C. 1681 6a368.

INAUGURALIS
De

ALLO ARIO,

vulgò
hen-Dräger/
quam

DE DEO,
ET AUTORITATE
MAGNIFICI

M ORDINIS,

ricorum Altdorffina,

CENTIA

; Jure Honores & Pri-
alia ritè conseqvendi,

publicæ eruditorum
uræ submittit

MARTINUS Lind/
IBERGENSIS.

A.R.S. M D C LXXXI.

TDORFFI,
MEYERI, Univ. Typogr.

